



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

29. Dies Aprilis. Nunc nec promittendi modus est; nec promissa frangendi
pudor ullus. Petrarch libr. 1. de Remed. Dialog. 110.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55659

prilis.
& dece-
quuntur
rigenes
inuisori-
nō mā-
elligant
c, apud
lt signi-
tum ad
oris no-
Qui cū
rum, ac
endaci
e mode-
ram fui
tri Men-
Corin-
aut mu-
t, integr
e aquum
anis es-
s es et si-
n more
s, qua-
nis ho-
; menti-
re, quo-
cipere
majon
guit de
menda
ora om-
ni

Tessera.

323

ria continentur. Quotus quisque non est
fronte Cato; corde Nero: exteriū, est comis, & gra-
vis; interiū crudelis & sāvus. Quoties quis specie est
formosā, ut Helena, pectore est rabido, ut furia. Pu-
fulli animi est, tacere veritatem ob mortis minas: an-
nē & propter mortem, aut vani honoris expectatio-
nem, velle decipi, & fibi imponere, honorificum erit?
Ægyptii rationem vitæ, quotannis exigentes ab exte-
ris, damnabant morte mentitos, rati indignos vitâ,
qui de vitâ suâ falsum dicerent. Nosne innocentiores
erimus, qui vitam ipsam mentimur, & ne bene
vivamus, decipimur? Ne putas mendacium solis ver-
bis committi? est mendacium cogitationum, est re-
rerum, est verborum, hoc est, est mendacium sensus
nostrī, & sermonis, & vitæ: Mendaces, mente sumus,
cū sequimur quā opinio, non quā veritas trahit:
cū species rerum non ipsas probamus; hinc contin-
git, ut etiam vera dicturi, peccamus: & quia fallimur,
fallamus. Claudio cum Augustino: (a) Cavenda men-
dacia, rectè agendo, aut confitenda, pœnitendo. Sed ne
multus sis in mendacio, cave à multiloquio. Nec e-
nim à sulco veritatis deliravit, qui hæc exaravit:

Multa susurrantes, mendacia sunt cumulantibus.

29. DIES APRILIS.

Nunc nec promittendi modus est; nec
promissa frangendi pudor ullus. Pe-
trarch libr. I. de Remed. Dialog. 110.

Perfidia. I.

Effrontem oportet esse perfidi-
am, quæ audeat palam in om-
nium conspectu ostendere fron-
té, cuius tanta est fæditas, ut supe-

(a) De mendac. 6, 24;

X 2

ret

ret omnem fidem. Quæ, ut sit manifesta, illud obsec-
vandum: in ea promissionis, ac fidei datae simili-
violatione, præter revocationem juris alteri col-
lati, & acceptati elucet inconstantia, dedecens geno-
rosam mentem. Cedit itaque ea infidelitas in
temptum; non modò illius, cui promissum est, qui
idcirco delusum, & data pro rebus verba expostula-
re solet: sed etiam ipsius promittentis, quem nemo
viri, sed pueri potius loco habeat; quod voluntate
habeat adeò versatilem, & tam desultoriae levitatem
ut tam turpiter priora sua verba veritate excidere
lit; ita ut, quamvis cùm ea protulit, vera fuerint, spe-
cata mente loquentis, cui supponuntur fuisse con-
formia, agnoscantur tamen fuisse falsa, spectato orbi
ne eorum ad objectum futurum, cum quo deformi-
tatem habet, ob voluntatis perfidæ resultum, & fid-
datae infractionem, generosæ cuivis menti exfoli-
at. Unde in primis, Regium, & nobile censemur fidei
datam servare: ignobile autem, & plebeium, nec tan-
tum virile, quam muliebre, vel etiam puerile, à fide da-
re recedere. Hinc liquet, quanta sit in sæculo hujus vil-
tatis, & ignobilitatis exundatio; cùm passim in pro-
missis servandis, inter homines fides non tantum
rara, sed propè nulla?

II. Servis nemo credit pacisci volentibus, quia
non sui juris. Quis igitur fidat hominibus; cùm plu-
rius sint servi peccati, nec ulli minus sint sui juris
quam qui peccando amiserunt jus ad cœlum? Pue-
r quoque lex non permittit contractum facere, tan-
quam infidis: neque mulieri apud Athenienses, pue-
r usque ad hordei modium, propter consilii infirmi-
tem. Atqui, quid differunt à pueris, mali; quoniam
op.

prilis
obser
implic
eri col
ns gene
sin co
t, qui
postule
n nem
intate
evitato
dere ve
nt, spe
sse co
to ord
eform
& fid
exfolia
ur fide
necta
ide da
ajus vi
in pr
ntum
s, qu
cump
sui jun
; Pue
e, ra
nses,
quon
op

Aprilis.

Tessera.

325

opera in conspectu Dei sunt magis puerilia , quam
puerorum, nisi quod illis antecedant potentiam , & a-
stutiam: unde illis potius minus, quam pueris, est fiden-
dum. Quin etiam malis mulieribus nihil sunt melio-
res viri pravi. Differunt quidem sexu, sed superant a-
stu. Unde in rebus magni momenti, parvi plerumq;
momenti est illorum fides : licet enim quandoque a
maleficiis abstinent ; proclivis tamen ad naturam re-
ditus est. Sicut enim efferatissimae belluae sunt cicu-
res, & mansuetae cum doriniunt, suam tamen natu-
ram non exuerunt, nec feritatem abjecerunt : sic &
illi ad tempus aliquod desinunt nocere, sed sublatâ
occasione, redant ad genium, & ingenium. Lacon
quidam, cum quis cum eo vellet pacisci, juberet que
quamcumque veller, fidem acciperet pro amicitia : u-
nam esse fidem dixit, ut si nocere velit, non possit, o-
mnem autem aliam fidem stultam esse, & infirmam.

III. Pacta omnia licet firmentur testibus , omni
exceptione majoribus, tabulis, chirographis, annulo-
rum ob-signatione, jure jurando, & nescio quibus non
praesidiis, adhuc tamen fides promittentis , & paci-
centis fluctuat, & titubat. Quia omnes possunt falle-
re fidem, omnes timent perfidiam. Adeo non est va-
na hodierna diei tessera , qua fugillatur hominum
perfidia. Quae verè pestis est, quia non tantum per-
niciem adfert perfidis, verum & cæteris cum illis, ma-
ligna veluti contagione. Quod enim pestis corpus
invaserit, id priuum ad interitum dicit, tum proxi-
mos quoque mortifero afflat veneno. Non multò
aliter, quibus nulla fidei cura est, non modò mortife-
râ le polluant turpitudine; verum & illos, à quibus
desciscunt, insidiis circumventos impellunt in rui-

nam, atque adeò hominum societatem omnem confundunt. Si nullam ab altero speres fidem; cur inicitate, vel inter homines vitam agere malis, quā invia solitudine, procul ab omnibus mortalibus? fide enim sublatā, inter feras securior versabere, quā inter mortales. Quā est fides Divinā necessaria pro salute animæ: tam est humana fides necessaria pro incolumitate Reipublicæ. Maneat altâ mente reposum illud, quod sequitur Metrum:

In quo nulla fides; in eotu quomodo fides.

30. DIES APRILIS.

Avarus nunquam habet: Prodigus nunquam habebit. *Seneca.*

Prodigia. I.

DE Avaro postea, nunc de Prodigio. Is nunquam habebit cipes, quia eas extra necessitatem, & contra Honestatem improvidâ levitate, & vae cordis animi stultitiâ, importunâ honoris cupiditate, prodigit. In eos quidem in donando profusos, & sine judicio liberales, quando Socrates incidisset, male iisdem imprecari solebat: quod Gratias virgines, ut scorta prostituerent. Nimurum Gratiae est conferre beneficium, deque liis bene mereri: at improviso consilio, & pueriliter meritate prodigere, non gratiae est, sed proterviae. Izque virgines, & verecundas Gratias deveniunt, beneficentiae, & donorum moderatrices, & ab honestis penatibus eductas in meretricium veluti gane inducit, ut omnibus jam prostare indignissime videantur. Illi igitur asoti, decoctores miserandi, superditi, & perdentes: perdunt enim se, sua, aliena; ho-

ene